



*Pl. 53.*





SECRETUM UNIVERSITATIS  
DE LYCRIS LEGALIBVS,  
QVAE CONIUGIBVS INPRIMIS  
VIGILANTIAE ET CUSTODIAE

ILLUSTRI FACULTATI IURIDICAE

UNIVERSITATIS GIESSENENSIS



DE FACRIS LEGALIBUS  
QUALI CONTRIBUX IN PRIMA





SPECIMEN INAUGVRALE  
DE LVCRIS LEGALIBVS,  
QVAE CONIVGIBVS, INPRIMIS  
VIDVAE, IN MEGAPOLI COMPETVNT.

QVOD  
ILLVSTRI FACVLTATI IVRIDICAE

QVAE HALAE FLORET


PRO  
IMPETRANDO GRADV DOCTORIS

MENSE FEBR. MDCCXCIX.

OBTVLIT

ANDREAS FRIDERICVS RIEDEL

I. V. C. ET PROC. IVD. SVR. VRB. ROST.



---

ROSTOCHIL

SPECIMEN INAVGVRALE  
DE FACRIS LEGALIBVS  
QVAE CONVIVIBVS INPRIMIS  
VIDVAE IN MEGALOLI COMPETVNT.

ILLVSTRI FACVLTATI IVRIDICAE  
QVAE HALAE FLORETT

IMPETRANDO GRADV DOCTORIS



*As.*

ANDREAS FRIDERICVS

ROSTOCKI





§. 1.

Ius Romanum Iustinianicum iura successionis coniugum arctissimis finibus circumscriptisse, ita ut soli filio praeferi debeant, eo casu unice excepto, si superflus inops est, seu, quod idem involvit, pro conditione ac dignitate vivere non potest, omnibus in iure versantibus satis innotescit. Attamen haec principia Romanorum, coniugali amori non faventia, sed potius inimica, maioribus nostris non placuerunt, qui quidem multa ex parte auctoritati iuris peregrini cedere coacti sunt, sed simul, quantum potuerunt, patrios mores conservare statuerunt. Hinc varia ratione prospexerunt coniugum successioni, et speciales leges, quae illis qua hunc passum videbantur favorabiliores, passim receperunt, nec non ea sibi appropriarunt, quae de assignanda quadam coniugibus superfluitibus portione statutaria in his vel illis statutis praescripta reperiebant.

§. 2.

Inprimis vero huic scopo communionem bonorum coniugaliū inservire putarunt, quae in multis Germaniae civitatibus mox per solam consuetudinem, mox vero per specialia privilegia atque statuta, sancita est. Idem etiam in patria factum esse, experientia docet; in multis enim civitatibus Mecklenburgicis haec communio bonorum inter coniuges viget, licet non ubique eadem eius sit origo atque indoles. Quatenam autem sint illae civitates in nostra Megapoli, in quibus haec iura coniugalia obtinent, non sine difficultate



quadem recensere atque accurate determinare licet. In aliis enim vi concessionis principum integraliter viget Ius Lubeeense, et per consequens etiam communio bonorum coniugalis hoc iure praecepta; in plerisque contra nihil certi hac de re determinatum reperitur, multo minus similis consuetudo hinc inde obtinens accuratius determinari vel certo dici potest, num ex Iure Saxonico, vel Marchico, vel Lubeeensi, an ex sola aequitate naturali principaliter originem trahat suam.

## §. 3.

In quibusnam partibus provinciae nostrae haec communio observetur, et quanam eius in singulis nostris civitatibus sint limites, distinctius proponere, nec tempus, nec instituti ratio permittit. De iis solummodo commodis coniugalibus sollicitus ero, quae per expressas leges domesticas superstiti ex bonis praecedentis coniugis sunt tributa, et in specie, quid de lucris viduarum leges patriae determinaverint, enucleabo. Primo loco hic memoranda est et discutienda quaestio, in terris Mecklenburgicis valde agitata, quatenus scilicet utrique coniugi in casum mortis alterutrius per legem provincialem expressam portio quaedam statutaria tribui debeat.

## §. 4.

Ab illis, qui affirmativam sententiam tuentur, provocari solet ad passum *Ordinationis politicae Mecklenburgicae, Tit. von Erbschaften*, obvium. Verba Constitutionis apponere liceat, ut ex illis eo distinctius de sensu legis iudicare possimus. Praecipit legislator l. c. **Wie aber die Eheleute einander erben, und was eins**



eins nach des andern Absterben aus den Gütern bekommen, und was des verstorbenen Theils Freunde davon behalten sollen: damit soll es nach einer jeden Stadt und eines jedes Ort Landes-Gewohnheit hinfürder gehalten werden. Insonderheit aber soll durch die Obrigkeit und Vormünder gute Achtung darauf gegeben werden, daß die Kinder zum wenigsten den halben Theil aus den gemeinen väterlichen und mütterlichen Gütern mögen bekommen, und daß sie daran nicht verkürzet werden. Interim defensores huius sententiae non omnino inter se consentiunt. Alii enim per ipsa verba legis satis evictam thesin hanc esse putant, alii vero contendunt, non quidem hanc legem domesticam tale quid generaliter praecipere, attamen occasione eiusdem particularem successiōnem reciprocā coniugum iam dudum vi universalis consuetudinis per totam nostram provinciam introductae invaluisse.

## §. 5.

Qui ad ipsa verba dictae legis provincialis se referunt, imprimis urgent passum sequentem: Insonderheit aber soll — — — daß die Kinder zum wenigsten den halben Theil aus den gemeinen väterlichen und mütterlichen Gütern mögen bekommen, und daß sie daran nicht verkürzet werden. Penitus enim sibi persuasum habent, tuto exinde argumentum desumi posse, quod pars dimidia bonorum optimo iure debeatur coniugi superstiti, modo id praecaveatur, ne illa ultra dimidium aliquid sibi appropriet. Sed mentem legislatoris longe aliam fuisse, ex contextu verborum, uti mihi quidem videtur, facile eruitur. Praemisit enim



hoc loco Legislator Serenissimus regulam generalem, hoc terse inculcantem, nihil certi expressum esse iure patrio circa successionem coniugum inter se, omnia potius dependere a consuetudine cuiuscunque civitatis vel loci. Hac stabilita thesi generali, mox illud quoque memoratur, adesse in quibusdam locis provinciae communionem bonorum inter coniuges introductam, ibique omnino concedendam esse successionem eorum reciprocam, et quidem eatenus, ut supersititi ius tribuatur, dimidiam partem bonorum sibi habendi. Quis autem non videt, posterius hoc tanquam exceptionem a regula stabilita generali esse adductum. Denique id etiam serio inculcatur, pravam atque non tolerandam esse consuetudinem, vi cuius coniux maiorem partem bonorum praedefunctae, quam dimidiam, iure successionis sibi habere studet; immo addit lex, tale quid neutiquam a magistratibus, vel a tutoribus liberorum, concedendum esse, si vel maxime de eo constet, communionem bonorum conjugalem in civitate illa introductam esse. Probantur, quae modo adduxi, non modo ex contextu ipso verborum, sed quoque praesertim ex verbis, **zum wenigsten den Halben Theil**, nec non, **aus den gemeinen Gütern**. Patet ex haecenus dictis, Ordinationem nostram politicam coniugibus neutiquam indistincte et generaliter certam quandam portionem statutariam hoc effectu assignare, ut omni casu coniugi supersititi ad eum adspirare liceat. Nullibi verbis dispositivis tale quid ibidem constitutum esse videmus, omnia potius relinquuntur consuetudini singulis locis obtinenti; quare certo exiade concludere possumus, nullum ius mutuum in bona conjugalia vi dispositionis iuris nostri patrii coniugibus generatim esse concessum.



## §. 6.

Nec firmioribus argumentis suffulta est opinio illorum, qui reciprocam, quam sibi fingunt, successione coniugum in Megapoli universalem in perpetua consuetudine atque observantia omnium locorum fundatam esse contendunt. Haec haeresis pluribus placuisse, tum antiquioribus temporibus, tum recentiori nostra aetate, in aprico est. Evolvatur pronunciatum, quod inferum est Iuri Mecklenburgico illustrato Cent. II. Iud. XXVII, directum ad cives quosdam Parchimenses. **Ist eure, ita passus concernens conceptus est, Vater und Mutterschwester-Tochter, Wolbrecht Subicke, Hans Curtes gewesene Hausfrau, verstorben, und hat keine nähere Erben und Blutsverwante, als euch, verlassen; so wird deren Verlassenschaft euch zum Halben Theil, weil eurem Bericht nach die andere Hälfte auf gedachten ihren noch lebenden Ehemann Hans Curten nach Landes Gewohnheit verfallen, billig gefolget.** Quod Responsum memorabile de anno 1619 non consuetudinis specialioris huius vel illius loci mentionem iniicit, sed expresse supponit, hanc statutariam portionem coniugum ex universali consuetudine huius provinciae, nach Landes Gewohnheit, locum invenire debere. Eandem sententiam defendit Dissertatio *Manzelio — Schaumkelliana, de foemina Mecklenburgica, in materia iuris civilis et feudalis considerata, Cap. I. §. XI.* Ex his, inquit, verbis (de allegato passu Ordinationis nostrae politicae auctor loquitur) *practici concludant, quod et in civitatibus, ubi Ius Lubecense receptum non est, e. g. Güstrowii, uti mihi relatam est, secundum allegatam Ordinationem politicam divisio inter superstitem coniugem et liberos, sive, his deficien-*



*ficientibus, alios heredes, ita fiat, ut superstes coniux dimidiam partem bonorum communium, et liberi, sive alii heredes, reliquam dimidiam consequantur. Idem et Parchimi observari, et communionem bonorum inter coniuges etiam in matrimonio improli receptam esse, ex ore Viri cuiusdam illustris et consultissimi, nec non in praxi, iuribus et consuetudinibus patriae versatissimi, et cuius dictis plus, quam oraculo, confido, audiui. Et licet dubium videri posset, num ex citata Ordinatione politica recte fluat, communionem consequi debere, attamen consuetudinem Ordinationem politicam ita dudum interpretari, idem vir inelytus me docuit.*

§. 7.

Huic tamen opinioni calculum meum adicere non possum. Quae enim hic praesupponitur consuetudo universalis, in patria obtinens, vix ac ne vix quidem probari poterit. Circumfertur quidem in multis civitatibus Mecklenburgicis haec traditio maiorum, immo ista haecesis inter inferioris ordinis cives altas ubique radices egit; attamen frustra ad huiusmodi consuetudinem provocatur, quoties altera pars contradicit, nec transactione lis sopitur, quia existentia illius vera probari nequit. Responsum supra citatum frustra in subsidium a defensoribus huius sententiae vocatur, quum ibidem tanquam verum indubitatumque in facto illud expresse supponatur, quod omni casu alias quam liquidissime erit probandum. Nullus hinc dubito, quin ordo iuridicus tum temporis Rostochii florens longe aliter iudicaturus fuisset, nisi quo iure haec coniugum portio sic dicta statutaria debeatur, tanquam res conclamata et dubio carens praesupposita fuisset. Merito hoc colligimus ex alio Responso, quod idem auctor

illu-



illustri I. c. suppeditat Cent. III. Iud. LXXI. Quod enim probe notandum est, hic species facti decisioni praemittitur subsequens: Casus erat ex iurisdictione nobili pagana', viduae tributa erat portio una cum liberis virilis. Quaesitus, supposito facto, ordo de iure respondebat: daß man der Mutter ein Rindestheil aus dem Nachlaß zugestanden, ist bis auf besondere local-Gebraüche, dergleichen auffer den Städten nicht wohl zu statuiren, zwar nicht Iuris Mecklenburgici, aber es ist doch die Meinung gar sehr in den Mecklenb. Landen eingerissen, daß man einem Hinterbleibenden Ehegatten ein Rindestheil in Fried- und Freundschaft gewinnen lässet. In Contradictorio wüßten wir es nicht zu behaupten; bei leiblichen Eltern gehet es ehender durch, als bei Stiefeltern.

§. 8.

Accedit, quod vi huius assertae consuetudinis mox dimidia pars bonorum, mox vero solummodo portio virilis, coniugi superfuiti a defensoribus illius, quam modo memoravi, opinionis assignari soleat. Qui quidem horum dissensus ipsi naturae consuetudinis verae repugnare videtur, ad cuius nempe validitatem actus plures et uniformes requiruntur. Ex dictis hinc apparet, ex iure, neque scripto, neque non scripto, hanc bonorum communionem ubique locorum in patria introductam, multo minus autem portionem quandam statutariam coniugi superfuiti debitam, ex saepius allegata nostra Ordinatione politica ulla ratione derivandam esse. Quo ipso tamen minime negatur, in quibusdam civitatibus Mecklenburgicis vi Iuris Lubecensis ibidem vel recepti, vel ex privilegio concessi, locum invenire talem successionem coniugalem. Immo neque hoc inficias ire cupio, in quibusdam civitatibus patriis propter consuetudinem



dinem particularem talem portionem statutariam coniugibus denegandam non esse, quae alibi virilis est, alibi vero dimidiam partem bonorum coniugalium complectitur. Qui huiusmodi pro se allegat consuetudinem, onus probationis in se suscipere obligatus est, nec hoc casu quidquam singulare amplius adest. Quare mittimus hunc casum, qui unice secundum regulas communes iuris civilis diuidendus atque decidendus est, nec ulteriore disquisitione indiget. Unicum hoc addere mihi liceat. Viget Rostochii communio bonorum coniugalis, quae iure statutorio Rostochienfi expresse praecipitur, et merito tanquam effectus Iuris Lubecensis huic urbi concessi consideratur.

## §. 9.

Sed progredior iam ad ea, quae in favorem viduarum praecipue in patria sunt constituta, et quidem existente illo speciali casu, quo praedium aliquod feudale a marito relictum est. Praesertim mihi sermo est de illa particulari successione, quae viduae possessoris feudi secundum Ius nostrum patrium debetur, et plerumque nomine portionis statutariae insignitur. Tribuitur soli viduae hoc lucrum, non viduo similiter, prouti hoc dicta Ordinatio nostra politica de 1572. Tit. von Erbschaften, und wie einer vor dem andern zu dem Erbe zuzulassen sey, evincit. Ibidem enim praecipitur: Gleichgestalt ordnen und sehen wir, wenn eine Wittfrau vom Adel aus ihres verstorbenen Mannes Gütern ausgesteuret und abgewiesen wird, daß sie von aller gedachten ihres Mannes sährenden Haab an Vieh, Korn, Bettgewand, und allen andern Eigenthumb, wie das genennet werden mag, die Hälfte nehmen und bekommen soll. Jedoch die  
Baar-



Baarschaft ausgeschlossen, welche bei des Mannes Lehnsfolgern bleiben  
 soll. *Primo loco quaestio emergit, num vocabulum portio statutaria*  
*hoc casu recte adhiberi queat? Incongruam esse et non satis adae-*  
*quatam hanc denominationem asseruit olim b. Mantzelius I. M. illustr.*  
*Cent. IV. Iad. I. Hier hinzu kommt, inquit, daß der Mecklenburgi-*  
*schen adlichen Wittve Vorthelle überall keine eigentliche portio statu-*  
*taria heißen könne: denn so ist die gewöhnliche Eigenschaft einer sol-*  
*chen portionis, sie sey wes Rechtes sie wolle, daß sie muß reciproca*  
*sey. Hanc suam opinionem Vir doctissimus denuo proposuit in*  
*Proiecto ab eo elaborato novissimo Iuris Feudalis Mecklenburgici,*  
*scribens: Ausser Concursen folget ihre fräuliche Gerechtigkeit aus dem*  
*Lehn — — und dies nicht nach dem irrigen Witbe einer portionis*  
*statutariae, sondern nach der besondern Vorsehung der Rechte für die*  
*verlassene Wittven. Interim quum communis usus loquendi illam*  
*approbet vocem, non dabitavimus, illam etiam adhibere, inprimis*  
*quum de sensu eiusdem nulla supersit controversia.*

§. 10.

Modo iam notavi, dictum lucrum non viduo, sed soli viduae,  
 ex legis dispositione deberi. Mentionem enim lex iniicit einer Witt-  
 frau. Nec incongrue exinde concludi poterit; sponsae etiam hanc  
 portionem statutariam denegendam esse, licet ab eadem dos in ante-  
 cessum foret soluta, vel impraegnatio a sponso facta. Quum enim  
 expressis verbis lucrum tribuatur viduae, nec non ex bonis mariti  
 mortui, ihres verstorbenen Mannes Gütern, solvi debeat, merito  
 hoc ad viduas restringimus. Supponitur enim ubique, actuale ma-  
 trimonium adfuisse, quod vero ex sola accedente benedictione sa-  
 cerdo-



cerdotali iuxta leges nostras diiudicari potest; neque attendendum erit, num copula carnalis accesserit, an non. Quae quidem omnia eo magis firmiora sunt, quum portio ista viduae ex legis dispositione debeatur, et quidem sine ullo respectu ad dotem, ita ut omni casu illa solvi debeat, mortuo marito, licet etiam nulla dos sit illata. Idem fere ex paritate rationis de lucro dotis apud nos valet; eatenus scilicet, ut sponsae ad illud adspirare non liceat. Quem in finem in Proiecto novissimo Iuris nostri feudal. Tit. XII. dispositum legitur: Und sollen die Kinder einer Wittwe mit nichten den Genuss der Verbesserung weiter prästendiren; eben wie den Bräuten, und wenn sie auch den Brautsehaß voraus gezahlet hätten, dergleichen Recht nicht zustehet. Reperimus quidem in I. M. illustr. Cent. IV. Iud. III. Responsum Facultatis iuridicae olim datum, quo maxime controversum esse pronunciat, num sponsa nondum traducta in domum mariti, vel carnaliter cognita, sed desponsata tamen per verba de praesenti, loco verae uxoris sit habenda, ita ut perinde, atque legitima uxor, potatur omnibus lucris matrimonialibus vi statutorum: Verum enim vero nullus dubitarem, hanc quaestionem ex principiis modo allatis sanioribus iuris nostri contra sponsam decidere.

§. II.

Hoc, quod modo memoravi, lucrum viduis hodie ex hereditate mariti praedium feudale possidentis assignandum num antiquioribus temporibus iam obtinuerit, an demum per legem citatam sit constitutum, non omnino certum est atque exploratum. Mihi quidem videtur, iam olim tale quid consuetudine, licet non indubitata, introductum esse, hinc ante promulgationem dictae legis omnia adhuc in-



incerta fuisse. Sic enim Ordinatio politica de 1562, nihil hac de re disponit, sed in genere pag. 36. ad ius feudale scriptum et consuetudines validas in hoc Ducatu obtinentes provocat. Consentanea est Ordinatio politica de 1572, illa scilicet, quae vulgo quidem, at immerito, spuria vocari solet, contra passus supra allegatos ad preces urgentissimas statuum provincialium prima vice inferebatur editioni constitutionis politicae, quae eodem anno, et quidem d. 2. Iulii, publicabatur, et qua hodie adhuc uti solemus. Satis enim hoc arguere videntur verba ibidem obvia, damit nun hinführo alle Unrichtigkeit in solchen Fällen aufgehoben sey. Accedit, id quod discimus ex quaestionibus anno 1581 propositis a Ducibus et datis ad illas responsionibus Nobilium, etiam post publicatam Ordinationem dictam plura incerta mansisse. Sic enim in quaest. IX. desideratur determinatio accurata eius, was des Lehnmannes Wittwen aus ihres verstorbenen Mannes Gütern zu ihrer fräulichen Gerechtigkeit vermöge des Mecklenb. Landes-Gebrauchs gebühren solle, und ob sie aus dem Lehne oder vom Erbe derwegen auszusteuern sey. Nobiles vero tum temporis regerebant; der 9ten Frag erster Inhalt ist in der Policy-Ordnung decidirt, des andern Halben wissen wir uns keines beständigen Landes-Gebrauchs zu erinnern, werden aber von ehlichen berichtet, daß vor ehlichen Jahren gerichtlich erkannt seyn solle, daß sie aus dem Lehn ausgesteuert sey, welches sich J. F. G. aus den alten Lehnbüchern gnädig zu erkunden haben. Wir wissen eines theils auch ehliche Fälle, da J. F. G. und die Agnaten Wittwen aus den Lehnen, so allbereit an sie erledigt, ausgesteuert haben, unangesehen, daß Waarschaft vorhanden gewesen.





Alia emergit quaestio, num viduae cuicumque, an soli nobili, haec sic dicta portio statutaria ex legis nostrae dispositione solvi debeat? Qui sola verba respicit, illisque inhaeret, omnino asserere debet, in lege ista de vidua nobili unice sermonem esse. Clare enim hoc indicant verba: so einer Frauen vom Adel; neque hoc miramur, considerantes, originetenus feuda non nisi nobilibus data fuisse atque concessa. Hoc ipsa origo feudorum satis demonstrat. Quare etiam b. Müllerus (Casp. Matth.) Diss. de virgine nobili Mecklenburgica, quae in hac Academia 1701 habita est, tum temporis asserere non dubitabat Cap. II. §. 5., certum esse, in hoc Ducatu non nisi Nobiles feudi capaces esse. Idem vir de iure nostro meritissimus distinguit inter possessorem praedii feudalis et ipsius feudi, dicens: in Ducatu tamen nostro certum est, solos Nobiles feudi capaces esse. Inde, si ignobilis praedium feudale ex pignoris aut emtionis etiam titulo teneat, praedium quidem habet, sed non feudum, nicht das Leh'n. Strenue hanc quaestionem, quatenus soli Nobiles ad feuda nostra adspirere possint, illo tempore adhuc agitatam esse, ex actis publicis discimus, quae docent, Ordinem equestrem iteratis vicibus flagitasse a Ducibus nostris, ne feuda conferant, nisi statu nobilibus, hinc prorsus illos omnes excludant, qui sola dignitate tales essent. Nullo autem tempore his precibus annuere voluerunt principes nostri, quare etiam Tornovius Tract. de feudis Mecklenburgicis, P. I. p. 207. plura exempla affert de collatis suo tempore feudis in personas statu non nobiles. Recentiori aevo nullum fere supererat dubium, civicum ordinem quoque ad feuda adspirare posse, Sic e. c.

Man-



Mantzelius Diss. de filia nobili usufructuaria Mecklenburgensi, cuius defensionem Eques Mecklenburgicus, Dn. de Puits, susceperat, Ao. 1736, terse asserit, post. XI, quae virgo hoc sensu nobilis, ex nullo alio schemate, erit dicendum, quam ex sola quaestione, an pater fuerit investitus. Interim negari nequit, in specimine inaug., quod eodem anno Gryphiae prodiit, a Dno Nettelblatt edito sub titulo: de vidua nobili Mecklenburgica, praecipue de portione viduarum nobilium in Megapoli statutaria, §. IV, contrarium esse defensum. Expresse enim Autor doctissimi operis dictum privilegium in dicta Ordinatione politica concessum restringit ad viduas nobiles. Linquo, inquit, in praesens, quae de lucris statutariis coniugum ordinis civici dici ac dari possunt, et de iis saltem, quae lex suavissimae meae patriae domestica viduis nobilium ex praedefuncti mariti bonis tribuit commoda, sollicitus ero. Nostri autem temporibus omne dubium cessat; extorquent enim, si quod remansisset, §§. 443 et 457. Transact. noviss. de 1755. Prior passus in verbis finalibus, jedoch können Wir Uns hietin nichts vorschreiben lassen, respicit Resolutionem Ducum iam olim ad Gravamen supra memoratum Nobilium datum. Posterior vero apertissime docet, orto concursu, creditores, sive nobiles sint, sive non nobiles, non modo posse, sed etiam debere acquirere ipsum feudum praedii, das Lehn des Gutes. Quid ergo miramur, in novissimo Proiecto Iuris feudal. Mecklenburgici, Tit. III, scriptum esse: Soviel aber den Stand angehet, bleibt es bey den Landes- und Lehnherrlichen hiebevorigen Resolutionen ad Gramina, daß nemlich auf meritirten jederzeit gesehen, mithin sowohl Edel- als andere ehrbare Leute der Verleihung der Lehne würdig gehalten werden sollen.

§. 13.



Ut locum inveniat hoc lucrum viduae in lege saepius citata constitutum, praesupponi debet, nulla pacta inter coniuges inita adesse, nec vidualitium constitutum esse loco huius portionis legalis. Validitatem enim pactorum contrariorum nemo facile, suppositis tamen supponendis, negaverit. Brevitatis ergo allegare liceat Art. 28. it. 31. Reversal. de 1621. Nihil quoque refert, num huiusmodi pactum a coniugibus stabilitum meliorem reddat conditionem futurae viduae, an deteriolem. Longe autem aliter se res habet, quoties forte maritus, non accedente consensu uxoris, aut inscia illa, aut contradicente, dictum lucrum minuere vel prorsus tollere tentat. Omnis enim huius tenoris dispositio inutilis ac plane inefficax foret. Latius haec exposuit atque evicit laudatus Dn. Nettelblatt l. c. §. VII. seq. qui simul excerpfit loca huc facientia utriusque Proiecti antiquioris iuris feudalis patrii. Cum illis etiam amice conspirat noviss. Proiectus feudalis, cuius passus apponam, prouti Tit. XII. leguntur: Außer Concurſen ſolget ihre fräuliche Gerechtigkeit aus dem Lehn, und zwar, falls keine gültige Leibgedings-Verschreibung, als welche alle andere lucra absorbiret, oder zu Recht beständige andere pacta und Testamenta vorhanden, alles dasjenige, welches ihnen in der Policy- und Landes-Ordnung von 1572, Tit. von Erbschaften zugebilliget worden. Et paullo post ibidem haec notabiliora verba inveniuntur: es ist aber dieser Gewinn, soviel die Beschwerung des Lehns betrifft, nur alternative zu verstehen. Denn wosern die Ehefrau eines Lehnmannes mit Unserm Consens, den Wir jedoch nach der reversalmäßigen Limitation nicht versagen wollen, auch der Agnaten Einwilligung, beleibdinget, und  
sie



sie das Selbstgebing wählet, so hat sie keine andere Vortheile zu gewärtigen.

§. 14. Dissentens tamen est *Dr. Henr. Nettelblatt* \*) in libello de dotalitio, e legibus et moribus Germanorum, speciatim Megapolensium, qui contendit Sect. III. §. 38., viduam, cui dotalitium promissum est, non solum illud, sed etiam quotam bonorum e legibus vel consuetudine provinciae ei debitam, petere posse. Sententiam suam his, quas subnectit, rationibus stabilire studet; quod nempe dotalitii constitutio pacto consensu successorum inito nitatur, ut vxor post fata mariti honeste dignitatisque suae convenienter vivere possit, maritus vero, viduae dotalitium promittens utique lucrorum viduae ex legis provisione post obitum suum ex bonis relictis competentium gnarus fuerit; rite inde concludendum esse putat, portionem legalem cum caeteris lucris vidualibus tali casu non suffecisse, ut uxor vidua facta digne se inde exhibere potuisset, alias enim nec maritum promissurum fuisse dotalitium, nec successores consensuros in huius constitutionem. Exhibet idem vir doctissimus Responsum olim a Facultate iurid. patria datum, per quod suam sententiam corroborare cupit. Sed, quod pace tanti viri sit dictum, rationes allatae thesibus probandam non evincere videntur. Lubens quidem concesserim, maritum, qui viduae suae dotalitium promittit, non ignorasse, immo non ignorare debuisse lucra, quae vidua post mortem suam ex bonis

\*) Huic adfertiunt *Manzel* de fem. M. Sect. 2. §. 22. *Trendelenburg* de lucro dotis §. 10. n. 7.



fuis percipere potest iuxta legis dispositionem; conclusionem vero exinde formatam non probare possum. Maiori enim iure fortasse dixeris, maritum, qui tale dotalitium vel vidualitium constituit, id egisse, ut hac ratione certum quid lucri determinare ac praecavere potuerit, ne ab una parte vidua post mortem litibus ac altercationibus implicaretur, nec ab altera parte successor feudalium multis premeretur difficultatibus, ex tali divisione haud raro oriundis. Dicendum ergo potius foret, dotalitium tali casu surrogatum esse in locum portionis statutariae, ita ut vel tanquam aequipollens illius considerari debeat, vel conditio viduae ita melior reddatur. Charta, quam vir laude mea maior ad probandam observantiam huius provinciae, in medium produxit, longe alium, si quid recte video, casuum tractat. Qui enim l. c. dotalitium viduae suae constituerat Hans von Blanckenborg expresse statim addit, uxori suae etiam hoc lucrum legale simul salvum esse debere. Ita enim verba concernentia ex Selectis Iurid. Rostoch. Fasc. 1. pag. 251. desumpta concepta ibidem leguntur: dat ic̄t miner gelewenden ehelichen Husfrumen — — — tweedausen Gulden nehen ere frewliche Gerechtigkeit und alles, was ehe na landes Gebruck un Gewohnheit an Hausrath, Borrath, fahrende Haabe und anders von Rechts wegen na minem Dode gebahren ward, beliefsedinget hebbe. Maritum vero, consentientibus iis, quorum interest, maiora commoda viduae suae vi pacti cuiusdam expressi concedere posse, quam quae lege ipsi debentur, quis est, qui negare cupiat. Recte ergo in casu memorato portio statutaria ab Ordine Ictorum adiudicabatur.



Quoties vel vivo adhuc marito, vel post mortem illius, concursus creditorum exiſtit, vidua eiusdem ad perceptionem huius portionis legalis adſpirare nequit. Eaedem hic obſtant rationes, ob quas lucrum dotis etiam in tali caſu per textum Ordinat. Dicasterii aul. provincial. P. II. Tit. XLV. verbis: und ſeine Hausfrau der landüblichen Veſſerung nicht zu genießen, ſondern allein ihren eingebrachten Brautſchoß zu fodern haben, illi denegatur. Nihil quidem l. c. de hac portione ſtatutaria expreſſe ſancitum legitur, ſed, quum bona mariti non intelligantur, niſi deducto aere alieno, nec non, viduam locupletioſiorem fieri cum damno creditorum, legibus omnino prohibutum ſit, merito legem noſtram ad hunc quoque caſum applicamus. Eatenus conſentit Proiectus noviſſimus Iur. feud. Meckl., quem b. Mantzelio debemus. Ibi enim diſponitur: Außer Concursen ſolget ihre fräuliche Gerechtigkei aus dem Lehn. Quid vero de illo caſu ſentiendum ſit, ſi maritus quidem tempore mortis ſolvendo adhuc eſt, attamen aere alieno, quod vivus contraxit, atque ſua natura ita eſt comparatum, ut ſucceſſorem feudi ad illud ſolvendum non primario adſtringat, ſed demum ſubſidiarie, obrutus deceſſit, maxime diverſa eſt opinio doctorum. Alii contendunt, viduam non aliter accipere poſſe dimidiam eius, quod ipſi alias debetur, quam detracto antea aere alieno; turpe enim eſſe, famam ac fidem mariti mortui non liberare ex bonis ſuis, ſed potius viduam locupletare cum damno creditorum; alii vero aequitati ac rationi legis magis convenire affirmant, hanc dimidiam partem bonorum a defuncto relictorum omni caſu viduae ſalvam manere, nec detracto aere alieno eam minuen-



dam esse. Huc quodammodo collineant verba laudati projecti Mantzeliani Tit. XII. pag. 103: Was denn aber die Polizeeyordnungs- mäßige Haltung der fahrenden Habe betrifft: so setzen und ordnen Wir, daß, weil das Allodium zuvörderst zur Tilgung derer Schulden, die nicht durchaus ad onera fendi gehören, verwandt werden soll, mithin in den mehresten Fällen, eine Wittwe effectiv überall nichts bekommen würde, der status bonorum, falls überall der Verstorbene solvendo geblieben, so respiciet werden solle, wie er zur Sterbstunde mittelst Fiction, als wenn überall keine Schulden da wären, beschaffen ist, nur daß die Begräbnis- und Trauerkosten, auch retirirendes Bedienten-Lohn abgezogen werde. In quo doctorum dissensu non miramur, hoc lucrum viduae in Iure Meckl. illustr. Cent. IV. Iud. II. satis lubricum dici. Discimus enim, jam in saeculo effluxo valde membra facultatis hac de re fluctuasse, quare locum hunc opponere non dubitamus. Legitur autem ibidem: Respondetur quidem semper ita, Es werden des Lehmannes Schulden, wie auch die Begräbniskosten, aus den Allodialgütern, Korn, Vieh und Fahrniß zuvörderst abgetragen und bezahlet, der übrige halbe Theil der Fahrniß aber wird der Wittwen nach Landes-Gebrauch gefolget; ita e. g. anno 1617 d. 27. Febr. Sed si dicendum, quod res est, vota Alberti, Heynii, et Ioh. Schönemarckii vehementer movent. Ita autem alter, cui accessit alter: dissentio, und würden die adlichen Wittwen, wenn diese Decision gelten sollte, (valuit tamen quantum ad pluralitatem) von ihrem halben Theil, Vieh und Fahrniß wohl weniger denn nichts kriegen. Tertius inhaerens stilo Lindemannus, ita: Si moribus Provinciae receptum esset, ut uxor dimidiam semper et indistincte perciperet, sententia alia ob rationem adiectam non foret iniqua. §. 16.



§. 16. Meo quali iudicio distinctione opus est, num existente huiusmodi casu aes alienum defuncti mariti ex allodio eiusdem alia quacunque ratione extinguí possit, v. c. si parata forte adsit pecunia, vel alia praedia allodialia existant, quae in determinanda hac portione statutaria in censuum non veniunt, an nullum aliud adsit obiectum, ex quo satisfieri possit debitoribus. Priori existente casu facile me consentientem habebit, qui in favorem viduae contendit, debita mariti non praecise ex bonis illius mobilibus solvenda esse, quippe quod quodammodo in fraudem viduae fieret. Immo nullam tunc admitterem distinctionem debitorum existentium, sed omnia ex reliquis bonis solvenda esse, affirmarem, sive illa ad sumtus funebres, sive ad mercedem famulitiam, sive denique ad aliud quodecunque genus privilegiorum debitorum referri queant; quum nulla valida adsit ratio differentiae. Posteriori autem casu longe aliter se res habere videtur; successores feudales etenim ne in subsidium quidem obligati sunt ad hanc solvendam portionem viduae, quae ex solis bonis mariti debetur. Hinc determinanda quoque est secundum quantitatem bonorum mobilium relictorum, ita tamen, ne quid in fraudem viduae fiat. Addita hac restrictione subscribo sententiae Moelleri in U. P. D. feud. Cap. XXI. Dist. VI. p. m. 543: Portionis, inquit, statutariae nomine — — — — accipit dimidiam partem omnium bonorum mobilium a marito relictorum, ita tamen, ut primo deducatur omne aes alienum ab heredibus allodialibus exsolvendum, deinde uxor precipiat, quae marito attulit, vel ipsi donata aut legata sunt, et ex reliquis demum bonis ad maritum spectantibus percipiat dimidium, excepta pecunia numerata et nominibus activis, quae ex praxi here-



dibus allodialibus solis relinquenda. His a me stabilitis principiis  
 consentaneum est, ni fallor, Responsum iuris olim a Facultate iurid.  
 Rostoch. datum, quod in extenso invenitur in Iure Meckl. illustr.  
 Cent. IV. Iud. XXVII, et pro parte insertum est Dissert. Mantzelii de  
 femina Mecklenburgica, Sect. II. §. ult.: daß, bevor die Wittve die  
 Hälfte nehmen könne von der fahrenden Haabe, erst müsse ausge-  
 macht werden, ob auch die Baarschaften und sonstiges Allodium,  
 außer der fahrenden Haabe zu der Begräbniß, Trauer und andern  
 zureichten; denn wosern das nicht wäre, so müßte die fahrende Haabe  
 zu dem Zweck angegriffen, und nicht das Lehn dadurch beschweret  
 werden. Non minus consentientem mecum habeo Tornovium Tract.  
 de feudis Mecklenb. P. I. Sect. II. Cap. III. §. XLI. pag. 503: Debita  
 vero, inquit, vasalli ab heredibus allodialibus, von den Land Erben,  
 solvuntur pro ratione et quantitate hereditatis ad eos translatae, et  
 quidem solutio haec fieri debet vel ea, quae in hereditate reperitur,  
 vel aliis mutuo data est, pecunia numerata; sin vero nec haec suffi-  
 cit, reliqua demum bona allodialia, de quibus statutum nostrum  
 meminit, creditoribus in solutum sunt addicenda, et sic tandem id,  
 quod superest, inter viduam et heredes allodiales est dividendum, ita  
 ut illa unum semissem, hi vero alterum impetrent. Legatur deni-  
 que Responsum Cent. II. Iud. XXIX. Iur. Mecl. illustr. insertum: daß  
 die Begräbnißkosten von der Baarschaft, und dasein dieselbe nicht zu-  
 reicht, vom Viehe und Fahrniß abzutragen, und die Lehnsfolger da-  
 mit nicht zu beschweren seyn.

§. 17. Has quaestiones excipit alia, quaenam nempe sint praecise lucra  
 illa legalia viduis nostris praestanda. Commode illa forte ad duas  
 classes



classes referri possunt, quarum prior comprehendit omnia commoda, quae ex tenore Ordinat. polit. nostrae viduae tribui debent; ad posteriorem vera ea pertinent, quae vi consuetudinis iisdem competere dicuntur. Prioris generis erit pars dimidia omnium bonorum mobilium a mortuo marito relictorum et ad eius dominium olim pertinentium, excepta tamen pecunia parata. Solas res mobiles huc referri debere diximus, licet haec vox ipsa non occurrat in lege provinciali supra iam adducta, quae potius vocabulo *sahrende Haabe* utitur. Interim tamen, me in eo non a vero aberasse, persuasum mihi habeo. Ex usu enim loquendi maioribus nostris usitato et in aliis quoque Germaniae provinciis recepto tota substantia, seu patrimonium defuncti in *sahrende und liegende Haabe* dividitur. Prius omnes res mobiles, posterius vero immobiles, complectitur; quare etiam hodie adhuc res immobiles vocantur *liegende Gründe*. Dein significatus verborum approbant non minus, quantum scio, Doctores tum domestici, tum extranei, qui tamen in diversa abeunt, si de pecunia parata nec non de nominibus activis quaestio movetur, quatenus scilicet bonis mobilibus annumerari possint, an non. In patria nostra ratione pecuniae paratae omnia satis certa atque determinata sunt, nec ullum hoc respectu remanere potest dubium, quum expressis verbis in Ordinat. polit. nostra obviis eadem e numero rerum mobilium, quarum dimidia pars viduae assignatur, excepta sit. Contra vero nihil intuitu pecuniae transcriptae vel sub cambium collocatae ibidem additur; quid ergo mirum, dissentire etiam hic ICTos patrios, quorum alii, nomina activa sub portione statutaria comprehensa esse, ideo asserunt, quod nil, nisi pecunia parata, hac lege excipitur, exceptio vero in casu non excepto regulam firmare dicatur. Horum sententiae

tiae



tiae novum robur accedere videtur ex asserto Schilteri, Exerc. IV. §. XXIII, qui cum aliis defendit, pecuniam creditam vel cambii, auf Wechsel oder in Banco geliehenes Geld, ad res mobiles potius de iure communi pertinere, hanc suae sententiae subiungens rationem, quod non censetur res perpetua, auctore Constantino Imperatore, nec ipsius pecuniae, in qua robur omne patrimoniorum veteres posuerunt, foenerandi usus diuturnus vel continuus et stabilis sit, per l. 22. C. de administr. tut. Qui autem a parte negantium stant, quorum antesignanus est Tornovius l. c., in eo praesidium quaerunt, quod in specifica expressione eorum, quae viduae ex defuncti bonis mobilibus pro dimidia parte relinquenda sunt, nulla facta sit specialis mentio nominum activorum, adeoque ratione eorum statutum nostrum tanquam lex nova et correctoria strictim sit interpretandum, Insuper acquitati consentaneum esse videtur, ut quoniam onus solvendi aeris alieni pro quantitate praecipui soli heredi imponatur, iuxta regulam illam iuris naturae, cuius est onus, eius quoque sit commodum. Denique alii sunt, qui cum Doctiss. Nettelbladt Dissert. cit. §. XIX. subdistinctionem nominum activorum hic admittendam esse affirmant. Ea enim sumi debere vel de iis debitis, quae alias bestätigte Capitalia appellare solemus, vel etiam quae nomine der Buchschulden passim occurrunt. Priora, inquit, uti notissimum est, a Doctoribus ad bona immobilia referuntur, adeoque quum de hisce bonis nihil viduae competat, sequitur, quod nec de debitis his quaequam praetendere possit. Quod vero posteriora spectat credita, putarem, ab ipsorum dimidia viduam ex tenore Ordinationis non profus excludendam esse. Etiam si lubentissime concedo, praxi et observantiae hoc in passu esse cedendum. Atque hac ratione sententia Tornovii limitanda mihi videtur.

§. 18.



## §. 18.

Quid mihi hac de re videatur, ingenue iam proponam. Praeferenda est meo qualicumque iudicio b. Tornovii sententia. Rationes eiusdem a me iam allegatae sat graves sunt, quibus forte aliae non minoris ponderis addi possunt. Ex communi opinione DD., nec non ex usu loquendi communi, omnia nomina activa referuntur ad immobilia, ideoque merito a legislatore, qui sola mobilia enumerat, exclusa esse dici debent. Verba enim legis ita sunt intelligenda prouti communiter ea accipere solemus. Proiectus, qui apud Tornovium prostat, Tit. XII. art. XXII. hunc loquendi usum approbat: *Desgleichen hat, ita ibi legitur, die Frau mit den baaren auch Briefen und Siegeln ausgeliehenen Geldern nichts zu schaffen, sondern es wird solches den Land-Erben (recte mentio hic fit heredum allodialium, ex errore enim in ipsa Ordinatione politica h. l. successorum feudali-um, des Mannes Lehnsfolgern, mentio est facta) gelassen. Prouti quoque concordat passus proiecti Hufani, apud Gerdesium in der nützlichen Samml. verschiedener theils ungedruckter Schriften und Urkunden, welche die Meckl. Landesrechte, Geschichte und Verfassung erläutern, Samml. 1. N. 5. S. 49. ibi: desgleichen mit allen baaren belegten Gelde, so auf Briefen und Siegeln stehet, hat die Wittwe nichts zu schaffen. Accedit, hic recte argumentum a minori ad maius duci posse, quum regulariter longe maior sit summa nominum activorum, quam pecuniae numeratae, et boni patrisfamilias sit, sub usuris collocare pecuniam, cuius ad usus quotidianos non indiget. Ne dicam, legem a Schiltero allegatam et in subsidium vocatam huic opinioni non favere. Imperator Constantinus l. c. variis exemplis docere studet, e re pupilli esse, res neque mobiles neque immobiles pupillares*

D

a tu-



a tutore vendi debere, folis illis exceptis, quae fervando fervari non possunt. Removere simul studet dubium exinde desumptum, quod pecunia ex rebus venditis redacta tuto sub usuris collocari queat a tutore, atque hac ratione commoda pupilli magis promoveri, quia certos inde reditus capit, sorte salva semper manente, Quam quidem obiectionem Legislator refellit, respondendo, saepe hoc fallere; id quod etiam quotidiana experientia nos docet. Quod in specie denique ad distinctionem supra allatam et a Dno Nettelblatt approbatam attinet, eidem obstat, nihil de illa scriptum esse in lege provinciali, nec sufficientem allegari posse rationem, cur pecunia aliis sub usuris non credita ad numerum rerum mobilium a defuncto marito relictorum magis sit referenda, quam ipsa pecunia numerata, quae in haereditate eiusdem invenitur. In Proiecto novissimo feudali, huius quaestionis prorsus non facta est mentio, praxis vero, iuxta testimonium Moelleri l. c. meae sententiae favet, quam certam et constantem esse, a fautore in foro verfatissimo accepi.

### §. 19.

Evictum hactenus est, omnia omnino mobilia ad hereditatem mariti pertinere, si a pecunia parata discesseris, divisioni in favorem viduae esse subiecta. Nulla hic distinctio vel exceptio locum invenire potest ob verba generalia textus saepe memorati. Non modo id arguunt verba, von aller des Mannes sährenden Haabe, sed et clarissime idem evincunt, quae post recensionem quarundam rerum, quae exempli loco ibidem nominantur, mox adiecta sunt verba finalia, und allen anderen Eigenthum, wie das genennet werden mag. Hic recte monet Tornovius l. c. male distingui in Proiecto ab illo pro-



promulgato inter res mariti, quae tempore contracti matrimonii iam in bonis illius fuerunt, atque illas, quae durante hoc sunt comparatae. Pari ratione minus recte ab aliis excipiuntur, quae olim ad res expeditorias referri solebant. In Proiecto Hufani haec omnia iisdem verbis expressa leguntur; sed emendavit hunc passum Proiectus novissimus, qui omnes huiusmodi restrictiones portionis legalis prorsus ignorat, et omnia iuxta textum Ordinat. politicae diiudicanda esse praescribit.

§. 20.

Sponte exinde fluit, nihil interesse, num haec vel illa species bonorum mobilium expresse commemorata sit lege nostra, an minus; quae enim ultimo loco adiecta est expressio generalis, und alles andere Eigenthum, wie das genannt werden mag, reliquas omnes forte omittas luculenter satis sub se comprehendit. Hinc longiori recensione omnium ac singularum rerum huc pertinentium opus non est, id quod ab aliis iam factum esse video. Unicam quaestionem proponere liceat, quam hactenus ab aliis discussam vel decisam esse, non scio. Lex nempe expresse mentionem fecit des Viehes, sub quo nomine generaliori merito omnes species illius comprehendimus, ita ut nemo forte sit, qui dubitet, hoc de omnibus animalibus, cuiuscunque speciei in dominio mariti immediate existentibus valere debere. Verum non itidem liquet, quid de praesidiis rusticis, vulgo den Hofwehren, dicendum sit, saltem non adeo certum et exploratum est, ea pari ratione quoad dimidiam suam partem ad viduam iure portionis statutariae pertinere; e contrario saepius hac de re inter viduam et heredes mariti litigium existit. Qui a parte negantium



stant, urgent, haec praesidia, quae regulariter a dominis praediorum hominibus propriis dari solent, ad pertinentias praedii feudalis non minori iure, ac ipsos homines proprios, referri debere; ideoque illa a praedio ipso non separanda, sed potius pro re immobili habenda esse. Et si fatendum, quod res est, plerumque de iis dividendis ne quidem quaestio exoritur, quando de determinanda hac viduarum portione legali agitur. Interim quum non ex exemplis quaestio mota decidi possit, sed de iure ipso hic quaeratur, nullus dubito, quin vidua recte dimidiam praesidii rustici etiam ab heredibus mariti exigere possit, quoties scilicet actu ad dominum iure proprietatis spectat, quod regulariter locum invenire, certum est. Concludo hoc ex generali denominatione, *allem andern Eigenthum*, quae in Ordinatione nostra invenitur, sub qua praesidium rusticum etiam comprehendi debere, vix negari poterit. Lubens quidem largior, haec, quae ad praesidium rusticum pertinere dicuntur, et quorum catalogum Tornovius l. c. P. I. pag. 625 exhibet, ipsi praedio cohaerere, nec ab illo facile, saltem non absque magno incommodo separari posse: sed quid inde? Nihil certe; namque eodem argumentandi modo evinci posset, omnes equos bovesque aratorios, nec non reliqua pecora agriculturae inservientia, immo omnia, quae ad praedium instructum referri possunt, ab hac divisione eximenda esse: id quod tamen verbis legis apertissime repugnat. Satis ergo mihi persuasum est, viduam quoque harum rerum dimidiam partem iure suo exigere posse; atque hoc modo actu divisionem talem plus vice simplici institutam, et pro vidua litem hac de re suburbanam decisam, immo auctoritate Principis, tanquam tutoris summi, corroboratam esse et confirmatam, accepi a Icto patrio magni nominis.



## §. 21.

Praeter haec lucra legalia viduae ex praedio feudali mariti vi verborum expressorum legis competentia alia quoque adsunt, quae ex consuetudine provinciae ipsi debere dicuntur. Catalogum horum Tornovius l.c. suppeditat, dicens p. 501: Ueber diese in gedachtem statuto specificirte Stücke, bestimmet eine adliche Wittwe die Trauerkleidung für sich und ihre Domestiquen, und fast durchgehends, jedoch nach Beschaffenheit und Condition der von ihrem Ehemann hinterlassenen Güter und dessen Dignität, eine Trauerkutsche nebst Pferden, es pflegt auch wohl in der Ehestiftung, bevorab, wenn Kinder nachgeblieben, eine freie Wohnung nebst Feuerholz ihr vermacht werden, welches letztere sie aber nicht anders, denn nur ex pacto präsumiren kann. Paulo post pag. 508: etiam anni gratiae mentionem iniicit, et viduam illo in patria non frui, expresse affirmat. Sed quum omnia haec commoda ex sola quadam consuetudine deriventur, sponte fluit, singula momenta, quae sibi asserit vidua, ab illa probanda esse, quoties heredes mariti, vel qui contradicendi ius habent, probationem desiderant. Merito enim in hoc casu principium applicatur, talia commoda in favorem viduarum per legem expresse concessa neutquam ultra verba eiusdem extendi debere. Quare in Proiecto noviss. feudali recte praecipitur: alle in solcher altbestättigten Vorsetzung nicht enthaltene Praetensiones und Anstellungen, und wenn sie gleich zuweilen durch güeltliche Handlungen mit freiem Willen zugelassen sind, sollen im Rechte hiemit abgethan, und in den Familien in contradictorio und in lebigen Anfällen wider Uns und Unsere Successoren, oder in andern begebenden Calibus überall nicht angezogen werden. Optime cum dictis conveniunt, quae auctor dissertationis cit. de foemina



Mecklenb. Cap. II. §. XXII. suppeditat: annus gratiae, inquit, viduis haud conceditur — — — meus Dn. Praefes mihi qua hunc passum et styli Facultatis fecit participem, et praeter unum casum ex anno 1637, ubi annus gratiae viduae iunctim cum liberis attributus, Cf. Cothmann Vol. V. Resp. 33. N. 26. semper in hunc diem contra annum gratiae responderi asseruit; addidit tamen, consilia in ore habere, quod debeantur impensae, investimenta lugubria, et vehiculum cum pari equorum, verba nuperi Responsi haec sunt: Gleich derselben auch die Trauer vor sich und ihre Domestiques, samt einer Trauerkutschke und Pferde, nach Condition und Beschaffenheit ihres seel. Eheherrn und desselben Nachlasses gehöre. Caeterum haec omnia per pacta immutari, et diligentius notari atque stabiliri posse, dubio caret omni.

## §. 22.

Quod haecenus secundum tenorem legis nostrae provincialis consideravi lucrum statutarium viduae debitum, quam maxime a natura lucri dotis, cuius lex etiam mentionem facit, diversum est. Posterius respicit unice dotem marito illatam, et iuxta quantitatem illius aestimatur atque determinatur; immo prorsus id non debetur, ubi nulla dos actu est numerata, quae omnia tamen longe aliter se habent in hac, de qua mihi praecipue sermo est, portione statutaria, viduis ex praediis feudalibus concessa. Debetur haec uxori etiam prorsus indotatae, immo eadem semper et ubique illius est quantitas. Nul- lum lex habuit respectum illationis dotis, ideoque neque heredes mariti, neque agnati, neque ipse dominus directus, sub tali praetextu viduam hac successione mobiliari privare possunt. Illustrationis ergo apponam Responsum a Facultate Rostochiensis superiori saeculo datum,

ac



ac descriptum ex I. M. illustr. Cent. III. Iud. LXXXI. Hat eures seel. Bruders Wittwe den ihr zugesagten Brautshag in die Güter nicht eingebracht, so ist sie auch einige Besserung deswegen zu fordern nicht befugt: sie kann sich auch dahero des iuris retentionis nicht gebrauchen. Hat aber euer seel. Bruder an fahrender Haabe oder sonstige bewegliche Güter verlassen, darzu würde sie nach landsittlichem Mechl. Gebrauch zur Hälfte nichts weniger verstattet. Quod ad dominum directum in specie attinet, ille in casu aperturæ non minus, quam ipsi heredes mariti vel eius agnati, obligatus erit ad solvendum hoc viduæ semper vi legis competens lucrum. Non enim ea vi consensus a marito vel ab agnatis impetrati hoc dimidium petit, sed vi legis dispositionis citra illorum consensum hoc exigit. Lex quoque generaliter loquitur, et viduæ hoc lucrum largitur sine omni respectu ad possessorem prædii feudalis; quicumque itaque ille sit, eadem hæc ipsi imposta erit obligatio. Idem iam antiquissimis temporibus obtinuisse, ex Responsione apparet, quam olim Nobiles ad quaestionem a Duce Ulrico ipsis propositam dederunt, supra iam a me allata. Nec non illud elucet ex dictis in Projecto noviss. feud. loco §pho præced. allegato.

§. 23.

Iure perfecto suo hoc memoratum lucrum vidua exigit a prædio mariti feudali, idque statim post mortem illius solvendum erit. Conceditur Viduæ hoc nomine ius retentionis, quod hanc ob rem iure suo exercere potest. Quæ licet hoc iure usu non fuerit, morte præventa, nihilo tamen minus eadem manet obligatio eorum, ad quos prædium feudale mortuo marito transit: iure enim meritoque hoc tanquam aes alienum feudum afficiens consideratur. Sponte inde, ni fallor, fluit,  
here-



---

heredes viduae itidem recte hanc dimidiam partem mobiliarem exigere, si forte vivente vidua ea nondum soluta fuerit. Nihil tali casu interesse puto, num vidua vivens ius retentionis exercuerit, an minus: attamen aliter in casu simili quodammodo iudicasse Facultatem iuridicam Rostochiensis ex I. M. illustr. Cent. III. Iud. LXXXIII. apparet. Maioribus dubiis implicata videtur quaestio: num legale hoc lucrum cessare debeat ob stuprum a vidua commissum. Qui eam affirmant, rigorem Iuris Romani allegant, idque inprimis tum locum invenire debere urgent, quoties ante finitum annum luctus vidua ita delinquit, quia tum adhuc in priori matrimonio vivere creditur. Negativam amplector sententiam, quae eo magis praefenda videtur, quum lucrum hoc non ex Iure Romano, sed potius ex lege provinciali, derivandum sit. Aliud robur meae sententiae exinde accedit, quod in poenalibus extensio a casu ad casum admitti non debeat; ne dicam, pristinum rigorem circa delicta carnis olim obtinentem hodie non amplius observari. Multo minus allatam distinctionem intuitu temporis, quo stuprum est commissum, admittere possum, quum falsitas rationis annexae in aprico sit. Sed pedem hic sisto; sunt quidem aliae quaestiones, quae hic moveri solent, sed obstant tum brevis temporis tum alia impedimenta in praesentiarum non facile removenda; quare discussionem illarum commodiori tempore reservo.

---



Kon. 2390

1782





Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several paragraphs and is too light to transcribe accurately.





Km 2390


(X228 2107)

no









SPECIMEN INAUGURALE  
DE LVCRIS LEGALIBVS,  
QVAE CONIVGIBVS, INPRIMIS  
VIDVAE, IN MEGAPOLI COMPETVNT.

QVOD  
*ILLVSTRI FACVLTATI IVRIDICAE*

QVAE HALAE FLORET

PRO  
IMPETRANDO GRADV DOCTORIS

MENSE FEBR. MDCCXCIX.

OBTVLIT

ANDREAS FRIDERICVS RIEDEL

I. V. C. ET PROC. IVD. SVP. VRB. ROST.

---

ROSTOCHIL